



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

178. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ne Episcopus vel Presbyter aut Diaconus
canes ad venandum habeant.

Conc. Agath.
c. 55. Epāon.
c. 4.
Burchard. lib.
2. c. 213.

CLXXVI. Episcopus, Presbyter, aut
Diaconus canes ad venandum aut accipitres
habere non liceat. Quòd si quis talium perso-
narum hac voluntate detectus fuerit, si Epif-
copus est, tribus mensibus se à communione
suspendat; Presbyter duobus mensibus, Dia-
conus uno ab omni officio vel communione.

Ne Clerici tabernas ingrediantur. *Ex
Concilio Laodicensi.*

Concil. Car-
thag. 3. c. 27.
Burchard. lib.
2. c. 130.

CLXXVII. Ut Clerici edendi vel bi-
bendi causa tabernas non ingrediantur, nisi
peregrinationis necessitate compulsi.

Vnde supra.

Concil. Lao-
dicen. c. 24.
Burchard. lib.
2. c. 131.

CLXXVIII. Quòd non oportet sacro
ministerio deditos à Presbyteris usque ad Dia-
conum & reliquum ecclesiasticum ordinem, id
est, usque ad Subdiaconum, Lectores, Can-
tores, Exorcistas, & Ostiarios, & ex nume-
ro continentium & monachorum, ingredi ta-
bernas.

De eadem re. *Ex decretis Augustini.*

CLXXIX. Tabernas nullus Clericorum,
ut canonum prohibent decreta, causa sumen-
di cibi aut potus audeat ingredi. Si quis hæc
violaverit, ut sanctorum canonum contemp-
tor, acerrimis corripiatur disciplinis.